





1778, 4

13

10

P-249

DISSERTATIO  
 IN AVGVRALIS IVRIDICA  
 DE  
**SINGVLARIBVS IVRIS**  
 STATVTARII HAMBVRGENSIS  
 CIRCA TVTELAM  
 OCCASIONE P. III. TIT. VI. STAT. HAMB.

QVAM  
*AVSPICIIS REGIIS*  
 ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS AVCTORITATE

PRO  
**L I C E N T I A**

*SVMMOS IN VTROQVE IVRE CAPESSENDI HONORES*

D. XVIII. SEPT. A. R. D. MDCCLXXVIII.

H. L. Q. C.

PVBLCO ERVDITORVM EXAMINI

SVBMITTIT

**IOANNES EYBE**

HAMBVRGENSIS.

GOTTINGAE

*Litteris FRIEDERICI ANDREAE ROSENVSCH.*



DISSERTATIO  
IN IURISPRUDENTIA IURIDICA  
DE  
SINGULI ARBVS IVRIS  
STATVTARI NANNENSI  
CIRCA VITALE  
OCCASIONE T. III. V. T. T. H. H. H.

AVGVSTVS KORNVS  
INVTVM NANNENSI CABINVS AVGVSTVS  
P. V. T. I. O. N. N. E. I. A. S.  
AVGVSTVS KORNVS  
INVTVM NANNENSI CABINVS AVGVSTVS

AVGVSTVS KORNVS  
INVTVM NANNENSI CABINVS AVGVSTVS  
P. V. T. I. O. N. N. E. I. A. S.  
AVGVSTVS KORNVS  
INVTVM NANNENSI CABINVS AVGVSTVS



LIBERAE  
S. R. I.  
REIPUBLICAE HAMBURGENSIS  
SENATVI SPLENDIDISSIMO  
VIRIS  
MAGNIFICIS CONSULTISSIMIS  
CONSVLIBVS,  
SYNDICIS,  
PROTONOTARIO,  
ARCHIVARIO,  
SECRETARIIS,  
PATRIAE PATRIBVS OPTIMIS,  
SALVTIS AC LIBERTATIS PVBLICAE,  
SCIENTIARVM COMMERCIORVMQVE  
PROPVGNATORIBVS AC FAVORIBVS  
VIGILANTISSIMIS PROPENSISSIMIS



NEC NON  
EIVSDEM  
QUINDECIMVIRIS  
PRUDENTISSIMIS SPECTATISSIMIS GRAVISSIMIS  
EORVMQVE

SECRETARIO

CONSULTISSIMO,  
VIRIS DE SALVTE REIPUBLICAE MERITISSIMIS  
HAS  
QVALESCVNQVE STVDIORVM PRIMITIAS  
PIETATIS AC REVERENTIAE TESTES

CVM  
ARDENTISSIMO LONGAЕVAE PROSPERITATIS VOTO  
PIA DEVOTAQVE MENTE

D. D. D.

TANTORVM NOMINVM

*cultor obseruantissimus*  
IOANNES EYBE



**CAPVT I.**  
**DE**  
**CONSTITVENDA ET SVSCIPIENDA TVTELA.**

**SECTIO I.**  
**DE TVTELA PVPILLARI.**

**§. I.**  
**RATIO INSTITVTI.**

**G**ratissima mihi de materia inauguralis disputationis meditan-  
ti fuit benevolentia Fautoris atque Patroni, qua mihi au-  
ctor fuit, vt singularia iuris statutarii Hamburgensis in materia  
tutelari accuratius pertractarem. Itaque cum iam multi doctissi-  
morum virorum eam vniuersim consideratam secundum principia  
iuris romani et germanici magnis voluminibus illustrauerint a re-  
censendis iuris communis placitis penitus abstinerebo, illa solum-  
modo, quae singularia sunt in patrio iure, pro exiguo virium mo-  
dulo exsequutus.

**A**

**§. II.**



## §. II.

## DE TESTAMENTARIA TUTELA.

Statutum Hamburgense parum in hac materia a iure romano differt. Nam hoc quoque agnoscit tutelam vi patriae potestatis immediatae constitutam, sed simul praescripsit, quod tutor quomocumque constitutus sit, a magistratu confirmari debeat *a)*, quod iure romano non necessarium habetur, nisi a patre constitutus esset *b)*. Vnum discrimen adhuc adest intuitu matris, nam iure romano tutores eligere non potest, nisi liberos ultra legitimam heredes instituerit, quo casu tutores ab ea nominati confirmari iubentur *c)*. Iure Hamburgensi autem simplex heredis institutio sufficit *d)*; attamen in hoc vel illo casu priusquam confirmatio fieri potest, causae cognitio necessaria est, si quis liberos heredes instituere, vel illis tutores constituere velit.

## §. III.

## DE TUTELA MATERNA.

Hac materia necesse erit aliquantum ad principia iuris romani recedere, quia hic cum germanico ius romanum tantum commixtum est, ut nisi exploraveris principia unius, non possibile fuerit argumenta alterius perspicere. Iure romano antiquiore feminas in uniuersum a tutela exclusas fuisse, notissimum est *e)*; quae quidem sanctio ad matrem quoque et auam extendebatur; cum quia matri ius succedendi liberis non competebat, tum quia romani tutelam munus virile esse reputarunt. Tandem vero iu-

*a)* Stat. Hamb. Part. 3. Tit. 6. art. 13.

*b)* L. 1. §. 2. ff. de confirm. tutor. vel curator.

*c)* L. 2. pr. ff. de confirm. tutor. vel curator., L. 4. C. de test. tutor. ВУМ.  
КЕРШОЕК Observ. Lib. 2. C. 17.

*d)* Stat. Hamb. Part. 3. Tit. 6. art. 2.

*e)* L. fin. ff. de tutel.



re nouiore matri et auiae, volenti et petenti, datum est ius ad tutelam liberorum adspirandi *f*), naturali pietate, qua in liberos feruntur, viam quasi monstrante, iam quamquam novissimo iure sancitum sit, eas omnibus adeo cum agnatis tum cognatis nisi testamento designati sint, praeferrī oportere *g*), eaque de causa Iurisconsulti praeclari hanc tutelam hodie legitimam esse, omnesque effectus tutelae legitimae habere, statuerint *h*), recte tamen ab aliis tutelae legitimae speciebus seiungitur. Alii enim siue agnati siue cognati, cessante tutela testamentaria, onus tutelae subire coguntur, nisi iustas excusationis causas allegare possint ac probare. Secus est in matre et avia. His enim leges permittunt tutelae munus suscipere, si nuptiis aliis et auxilio senatusconsulti Velleiani renuncient *i*), nullibi tamen, vt hoc beneficio vtuntur, legibus cautum est, easque adeo, causa excusationis etiam non existente, tutelam posse declinare, nulli omnino dubio obnoxium est, qua de causa hanc tutelam extraordinariam vocarunt viri docti *k*). Vtrum autem nostro iure res aliter se habeat, multum disceptatum est inter viros doctos, iure tutelae ordinariae hodie censendam esse opinantes *l*), praesertim cum priscis patriae moribus tutrix legitima haberetur, et in ipsis adeo feudis ad officium tutelae admitteretur *m*). Verior tamen videtur secus sentientium opinio. Cum enim leges imperii et prouinciales placitis iuris communis peregrini haud derogauerint, causam omnem secundum illa decidendam esse, dubitari non potest. Neque etiam quidquam in iure statutorio patriae iuri romano contrarium deprehendas. Sunt tamen quaedam argumenta in illo, quae

supplen-

*f*) Nov. 94. c. 4.

*g*) Nov. 118. c. 5.


*h*) COCCERII Ius controu. Tit. de tutelis leg. qu. I.

*i*) I. H. BÖHMER de secundis nupt. person. illustr. c. 2. §. 43.

*k*) DE LVDEWIG Opusc. misc. Tom. II. pag. 1127.

*l*) DE LVDEWIG l. c. pag. 1151.

*m*) DE PVFFENDORF Observ. Tom. I. obs. 201.



supplendae adiuvandaeque iurisprudentiae peregrinae et germanicae vniuersalis inferunt, quae quidem paucis recensere iuuat.

#### §. IV.

##### REQUISITA SINGVLARIA IN TUTELA MATERNA

1. *Expressa oppignoratio bonorum*
2. *Confectio inuentarii.*

Ac primum quidem ius patrium in hac materia differt intuitu oppignoracionis bonorum. Tametsi enim pleraque iura prouincialia tacitam bonorum suppositionem sufficere statuunt, statuto Hamburgensi expressa requiritur oppignoratio *n*). Vtrum autem matri simul conficiendi inuentarii necessitas incumbat? anceps omnino quaestio est. Cum enim ius patrium expresse supponat, illam ad solita officia tutorum omnino teneri *neben der gewöhnlichen Verwandtschaft Pflicht*, atque notissimi iuris sit, tutorem in ipsis adeo tutelae auspiciis, inuentarium conficere oportere, nisi, cum infamiae nota repelli velit *o*), idem etiam de matre, cui bona liberorum administranda committuntur, dicendum videtur. Primo enim omnis obligatio ad inuentarii confectioem supponit, versari aliquem in administratione bonorum aliquando restituendorum, aut quorum saltem rationes reddi debeant *p*). Iam quidem verum est, matrem iure communionis bonorum, post mortem mariti, prorogatae, suo quasi iure, rem familiarem regere, eamque ideo ab omni conficiendi inuentarii necessitate immunem esse oportere; quo tamen non obstante verriorem tamen secus sentientium opinionem esse, et iuri nostro statu-

*n*) Stat. Hamb. Part. 3. Tit. 6. art. 5.

*o*) Lib. fin. C. arbit. tutelae Munnoz de Escobar de ratiociniis administr. c. 9. nro 3 sqq. pag. 103 sqq.

*p*) GEORG LVD. BÖHMER de iuribus et oblig. coniugis superstitis ex communionem bonorum vniuers. §. 26.

❦

statutario consentaneam opinamur. Disertis enim verbis statutum patrum disponit, ipsam, vel singulis annis vel quoties id superioribus placuerit rationes reddere debere, *und sie sammt den Adjunkten jährlichen, so oft man es begehret, ihrer Verwaltung halben Anzeige und Rechnung thun.* Cum vero rationes exhiberi vix possint, nisi praecefferit designatio bonorum legitima, facile perspicitur, ex mente certe legis patriae, eam ab hoc onere liberam non posse pronuciari. Accedit, quod etiam in casu secundarum nuptiarum rationes reddere debeat, vt quid liberis debeat, quid liberi matri? inde in liquido collocetur *q)*, quod de nouo sine inuentario, in quo merito caput omnis ratiocinii collocatur, fieri non potest. Neque mouent etiam de patre secus constituta *r)*, quae scilicet ex singulari patriae potestatis indole deriuanda, adeoque ad matrem transferri non possunt; quibus rationibus moti alii quoque iurisconsulti egregie docti hanc, quam amplexus sum opinionem, iuri nostro respondere statuerunt *s)*.

§. V.

ADIVNCTIO TUTORVM.

Moti de cetero sexus sequioris imbecillitate sapientissimi patriae legislatores, matri tutelam liberorum ambienti, duos pluresque tutores adiungi oportere statuerunt *t)*: *auch dass ihnen zween Vormünder von jeder Seite, oder nach Gelegenheit der Güter von jeder Seite einer, aus der Freundschaft oder in Mangel derselben andere tüchtige Personen adjungirt, mit deren Rath und Hülfe, die Kinder*  
*und*

*q)* Stat. Hamb. Part. 3. Tit. 6. art. 5. in fine.

*r)* L. fin. C. de bonis, quae liber.

*s)* MEVIUS ad Ius Lubec. Lib. II. art. 8. n. 80. p. m. 338. LANGEVON der Gemeinschaft der Güter pag. 236. ibique allegati.

*t)* Stat. Hamb. Part. 3. Tit. 6. art. 5.

und ihre Güter beschützet, vertreten, verwaltet und versorget werden, und sie sammt den Adjunkten jährlich oder so oft man es begehret ihrer Verwaltung halber Anzeige und richtige Rechnung thun. Quod ad numerum quidem horum tutorum patri adiunctorum attinet, res omnis magistratus arbitrio relicta esse censetur, vt scilicet vel quatuor, vel bini tantum designantur, modo aequali iure ex agnatis et cognatis cooptentur, prout maior vel minor bonorum quantitas deprehendatur. Deinde vero si ipsum horum adiunctorum officium spectaueris, in verum tutelæ consortium vocati esse intelliguntur, cum ex ipsis statuti verbis appareat, omnes omnino muneris tutelaris partes cum ipsis esse communicatas, nec matrem quidquam sine ipsorum adensu, vnde praeiudicium liberis metiendum sit, peragere posse. Matris tamen principales esse in administratione partes non dubitauerim; cum, qui ei adiunguntur auxilium tantum et consilium praeberi iubeantur. Nouiore tamen aetate huic statuto eatenus derogatum est, vt pater adiunctionem tutorum testamento prohibere, matrique, nisi prodigalitäts accusetur, vel ad secunda nota prouolauerit, solitariam bonorum administrationem demandare possit. Ita enim cautum est, recessu, quem vocant, principali anno 1674 inter amplissimum senatum et ciuium ordines concluso u). Verba ita habent: *Wenn ein Vater in seinem letzten Willen, oder sonst mit seiner eigenen Hand disponirt und verzeichnet, das seine hinterbleibende Wittue die Verwaltung seines Nachlasses ohne Vormünder haben, und führen möge: soll selbige so lange sie ihrem Hause bekanntlich wohl vorsethet und nicht berüchtigt ist, das sie die Güter übel verwaltet auch sich nicht wieder verheurathet, geruhig bey solcher Verwaltung ohne Vormünder allein gelassen werden, jedennoch das sie den gewöhnlichen Vormünder-Eyd abstatte, und in denselben mitnehme, das sie den jährlichen Schofs von ihrem und ihrer Kinder Mitteln*

u) Haupt Receß d. 1654. §. 32. qui, licet parua accurate, editus est in LÜNIGII Reichs-Archiv Parté spec. cent. IV. pag. 1159.

Mitteln durch einen beeydigten Bürger als ihrem Curator jährlich in die Schofstafel richtig bringen, und einliefern lassen wolle, bey Verluft der väterlichen Ordnung.

S. VI.

DE PATRIS ET FRATRVM TUTELE.

Patrem habentibus tutorem non dari, in vulgo adeo notum est. Mortua tamen matre patri legitima honorum liberis competentium administratio iure patriae potestatis concessa est, eandemque quamdiu liberi in potestate constituti sunt, seruat, finita autem potestate, omnia bona retento tantum in praemium emancipationis dimidio vsumfructus liberis restituere compellitur *x*). Eximia haec patris iura vulgo naturalem patris tutelam vocare solent, licet magnum adeo discrimen inter legitimam patris administrationem, et veram tutelam intercedat *y*). Neque etiam mores patrii hac in re a placitis iuris communis recesserunt, sed potius patri omnia iura ex placitis legum romanarum deriuanda integra esse iusserunt *z*). Datum tamen proximis propinquis est, vt, si forte metus sit, ne pater bona liberorum dilapidaret, causam apud magistratum dicant, quo facto, praeuia causae cognitione patrem omnem omnino administrationem abiudicandam vel saltem ei tutorem adiungendam esse, constitutum est *a*). Cautum porro moribus patrii, vsumfructum patris legitimum, nec transitu ad secundas nuptias tolli, cum scilicet in ipsa patriae potestatis indole eius ratio quaerenda sit, quam secundis patris nuptiis haud extingui notissimi iuris est *b*). Securitati tamen liberorum

*x*) L. 6. C. de bonis, quae liberis de PVFFEND. Tom. 1. obs. 98.

*y*) LEYSER sp. 164. M. 1. GEBAYER diss. 1. de patr. potestate c. 2. §. 11. Vol. 1. exerc. p. 164.

*z*) Stat. Hamb. Parte 3. Tit. 3. §. 3.

*a*) Stat. Hamb. Part. 3. Tit. 6. art. 7.

*b*) Stat. Hamb. Parte 3. Tit. 6. art. 7. in fine.

rorum, hoc casu, leges patriae in eo prospexerunt, ut patrem bonâ materna cum liberis thori diuidere, vel saltem edito eam in rem inuentario, dimidiam vel tertiam bonorum paternorum et maternorum partem iis cedere iubeant *c*). Deinde naturalem hanc, quam vocant, patris tutelam, morte demum patris, vel emancipatione solui, notissimum est; qua in re mores patrii divortium a placitis romanis fecerunt. Sancitum enim, pacto patris et propinquorum usufructum paternum ad certum annorum numerum posse restringi; sin autem nihil adeo definitum, anno liberorum decimo octauo, vel nuptiis filiarum finiri oportere. Vtrum autem hoc casu patri dimidium certe usufructus relinquendum sit? non ineleganter quaeritur. Et LEYSERVS *d*) quidem patrem etiamnum dimidium usufructum retinere affirmat, sed potentior videtur negantium sententia, cum leges romanae hoc praemium emancipationis, quae soli patris beneficio tribuitur esse statuunt, atque adeo ad nostram speciem transferri nequeant, vbi ipsa lex liberis eiusmodi beneficium indulgit, quod nec inuitus nec reluctant pater iis eripere valeat *e*). Quod ad fratrum denique tutelam attinet, omnia iuris communis placitis conformia sunt, nisi quod fratri peracta demum bonorum communium diuisione tutela deferri iubeatur, ac tunc quoque alii ipsis tutores adiungendi sint *f*).

§. VII.

PRIVATIO SUCCESSIONIS OB NON PETITVM  
TUTOREM.

Iam quamquam proximi pupillorum cum agnati tum cognati, primo loco ad tutelam vocentur: sunt tamen casus bene multi,

*c*) Stat. Hamb. Parte 3. Tit. 3. art. 4.

*d*) sp. 164. M. 5.

*e*) AEMIL. LVI. HAMBERGK de bon. aduentitiis liberis sui iuris factis a patre restituendis §. 18 sq. p. 30 sqq. DE CRAMER *Weztl. Nebenstunden* Part. 81. pag. 117 sqq.

*f*) Stat. Hamb. Part. 3. Tit. 6. art. 8.

multi, qui ipsos delatam tutelam subire impediunt, aut adire adeo volentes interdum repellant. Ne igitur, posito, hoc casu, pupilli indefensi maneant, salutari legum prudentia effectum est. Matri *g*) nempe aliisque, qui vel lege vel testamento spem succedendi habent, vt nominatim tutorem petant, iniunctum *h*), et quidem intra anni saltim spatium *i*), quo non factu, si impubes decesserit, eiusmodi negligentia priuatione hereditatis coërceatur *k*). Haec ipsa autem iuris romani sanctio vnice ad negligentiam in petendo tutorem commissam pertinet, scilicet quia adulto inuito curator dari non solebat. Vtrum autem hodierno iure lis secundum iuris peregrini placita decidenda sit, inter principes ciuitates summopere disceptatur *l*). Quid? quod FRANKIVS potissimum et ENGAVIVS *m*) iure Nouellarum *n*) hanc ipsam priuandae hereditatis poenam sublatam esse opinantur; quorum tamen sententiam meam facere nolim. Neque etiam opus est, argumentis eorum cum recensendis tum conuellendis nunc immorari, cum iure certe patrio, de quo vnice hic disputandum, res dubio careat. Sancitum enim, matrem aliosque propinquos, nisi omni spe futurae hereditatis priuari velint, intra tres menses tutorem petere oportere *o*); *wenn keine Vormünder im Testament gesetzt, noch die nächstgesetzte Verwandte sich der Vormundschaft gütwillig zu unterfangen gemeinet, soll alsdenn die Mutter, so fern dieselbe noch beym Leben, oder nach beyder Eltern Absterben, die nächste*  
Blut-

*g*) L. 2. §. I. ff. qui pet. tut. L. 6. 8. 11. C. cod.

*h*) L. 10. C. de legit. hered.

*i*) L. 2. §. 23. ff. ad SCtum Tertull. L. 2. §. 2. ff. qui pet. tutor.


*k*) §. 6. Inst. ad SCtum Tertull. L. 10. C. de legit. hered.

*l*) §. 2. Inst. de curat. IOH. CHR. FRANKÉ, de successione liberorum matri in tutorem petendo negligenti, hodierno iure non adimenda. c. I. §. 5. p. 7 sq.


*m*) Vtriusque sententiae auctores recenset I. R. ENGAV de poenis in petendo tutorem negligentium §. II. p. 15 sqq.

*n*) Nov. 115. c. 4.

*o*) Stat. Hamb. Parte 3. Tit. 6. art. 10.



*Blutsverwandte schuldig und verpflichtet seyn, bey uns als der Obrigkeit, den Kindern bequeme Vormünder zu verordnen p), und im Fall solches von der Mutter, und den nächsten Blutsverwandten, wie gemeldet innerhalb drey Monaten nicht geschähe, sollen sie dadurch die Anwartsung künftiger Sterbsfülle verwürkt, und zu derselben Kinder Gütern keinen erblichen Zugang haben: qua quidem sanctione tantum abest, vt iuri romano derogatum fuerit, vt potius, quae secundum illius placita intra annum fieri poterat tutoris petitio, eadem poenae feueritate remanente intra trimestre spatium fieri iubeatur.*



## SECTIO II.

### DE PERPETVA FEMINARVM TUTELA.

#### §. VIII.

##### DE TUTELA FEMINARVM IN GENERE.

**S**ingularis omnino est, quae per plures Germaniae prouincias etiamnum obtinet r), perpetua feminarum tutela; quae quidem a cura aetatis omnino admodum differt s). Originem eius a LATIO arcessendam esse opinatus est LVDEWIGIVS t), sed, quantum mihi videtur, conatu non adeo felici. Quamquam enim in vniuersum verum sit, priscis romanis eam cognitam fuisse et vlitatam u): certissimum tamen eandem legibus romanis nouioribus abrogatam esse, nec quidquam de illa in libris iuris ciuilibus recen-

q) Cum ipsa tutorum ordinatio praecipua sit magistratus cura: statim adparet, hac voce nihil aliud intelligi, quam petitum non generaliter sed nominatim factum L. 2. §. 23. ff. ad SCtum Tertull.

r) DE SELCHOW Elem. iur. germ. §. 195.

s) TOB. IAC. REINHARD Genuinae curae sexus et aetatis differentiae.

t) Lib. I. Opusc. miscell. pag. 1135.

u) EYERH. OTTO de perpetua feminarum tutela Vol. I. Diff. p. 192. sqq.



recentioribus, quibus in foro vnice vtimur contineri; vt adeo, quomodo cum iure romano in nostra fora migrare potuerit, vix ac ne vix quidem intelligam. Neque etiam eorum opinionem probo, qui Caesaris *x*) et Taciti *y*) testimoniis freti, eam iam in priscis germaniis cognitam fuisse statuunt. Quinto demum seculo prima eius vestigia deprehenduntur, ac sensim pluribus patriae populis perplacuit *z*), multorumque iurium prouincialium eo statutariorum auctoritate roborata. Recentiore demum aetate multis locis abrogata est; qua de causa HOMMELIVS *a*) false eos ridet; "ob eandem causam, inquit, curatores sexus, in plerisque germaniae locis compulsi, et tam ridiculae auctoritatis, vt non amplius in virorum curatela sint mulieres, sed curatores potius in potestate feminarum dispicuerunt." sed missio iudicio HOMMELIANO, missisque quae de curatorum sexus origine, ac iuribus in vniuersum dici poterant, ea tantum, quae in iure patrio de hac tutelae specie legibus constituta sunt, et etiamnum in foro obseruantur, quasi in tabula depicta, exponemus.

### §. IX.

#### EFFECTVS FEMINEAE TUTELAE EX IVRE STATV- RIO HAMBVRGENSI GENERALES.

Ac primum quidem statutum patrium omnes omnino feminas, siue virgines, siue vxores personis minoribus disertis verbis accenset: *Knaben unter achtzehn Jahren, und alle Frauen und Jungfrauen werden nach unsern Stadtrecht für unmündig gehalten* *b*). Si tamen


*x*) De bello gallico Lib. 6. c. 18.

*y*) De morib. germ. c. 8.

*z*) C. F. WALCH Cura sexus illustrium §. 3. sqq. H. BALEMANN de femina praesertim Lubec. pag. 107 sqq.

*a*) in Diss. principis iura: Leges pag. 31.

*b*) Stat. Hamb. Parte 1. Tit. 9. §. 1. p. m. 31.



tamen dicendum, quod res est, haec verba non generatim intelligenda, sed tantum ad curam sexus, quam vocant, refringenda sunt, idque vel inde apparet, quod decreto amplissimi senatus d. 4. Sept. puellae, anno aetatis XVIII expleto, maiores esse iubentur, *dass nach diesem — die Mädchen, nach dem achtzehnten Jahr ihres Alters für mündig zu halten, und bis dahin unter geschwor- nen Vormündern stehen sollen c)*. Quod ad curam aetatis feminarum attinet, nihil quod a iure communi recedat, nostro statuto deprehenditur; qua de causa vni sexus curae inhaereamus. Si primum constitutionem horum curatorum spectaueris, nihil eam in rem ipsae leges nostrae patriae continent, vt adeo res omnis ex analogia decidenda sit, ideoque, si vel maxime feminae optionem curatoris relinquamus, magistratus tamen auctoritate omnino opus esse videtur *d)*. Intuitu viduarum tamen apud nos eadem, quae in Saxonia consuetudo inualuit, vt curatori libera potestas, munere suo se abdicandi, et feminae, alium et gratiorem sibi eligendi curatorem, relinquatur, qua de re NIC. VON DER FECHT, meritissimus olim patriae senator scripsit: *Curator kann ab danken, wenn er will, denn eine Wittve kann ihn auch ab danken, wenn sie will e)*. Deinde, cum ipsa femina in libera bonorum suorum administratione constituta sit, statim adparet, hanc curam, et in patria nostra non administratoriae, sed defensoriae tutelae iure censi *f)*, et curatorem tantum consiliis suis sexus sequioris imbecillitatem iuuare, qua de causa ipsum nec cautionis praestandae onere obstringi, nec inuentarii confectione onerari posse

*c)* insertum est C. G. HOFFMANN Diss. de maioris aetatis termino inprimis nouissima sanctione Hamburgensi definito p. 76.

*d)* BERLICH Parte II. concl. 8. MEYVS P. 2. Dec. 168.

*e)* in comment. Stat. Hamb. in CHR. ANNETTBLAT thes. iur. statutarii Tom. I. pag. 870.

*f)* I. G. REISE Fundam. tutelae legit. §. 16 sqq.

posse g), in aprico est; sicut nec bona ipsorum tacito pignore obligari h) vix est, quod moneamus.

§. X.

EFFECTVS HVIVS CVRAE GENERALES.

De cetero licet leges patriae omni feminae, in aetate maiori constitutae, liberum rei familiaris arbitrium permiserint: in eius tamen exercitio ipsarum potestas arctis omnino limitibus circumscripta est; adeoque in omnibus negotiis, vnde graue ipsi praedudicium metuendum sit, consilio ac consensu curatorum vti iubentur. Sed iuuat regulam generalem potioribus exemplis, ex ipse statuto decerptis, illustrare. Primo igitur persona standi in iudicio non fruuntur: *derowegen sie denn weder Klügers noch Beklagten Stelle im Gericht vertreten, auch vor dem Rathe nichts auflassen können, sondern muß solches durch ihre Vormünder, oder Curatores geschehen, oder dasjenige, was sie handeln, ist von Rechts wegen kraftlos und nichtig i*; qua in re mores tantum non omnium prouinciarum, quae perpetuam sexus feminei tutelam feruarunt, amice conspirant, licet olim in ipsis adeo concilium germanorum, cum suas tum aliorum causas, tum perorasse tum iudicasse, compertum habeamus k). Deinde quoque omnes contractus mulierum, quae non sunt mercatrices, consensu curatorum peraguntur, vt tamen creditori, qui mutuum ipsis pecuniam inficio curatore dedit, summam vestem detrahendi potestas concedatur: *die aber, so der Kaufmannschaft nicht zugehan, kann ohne ihres Mannes, oder der Vormünder Wissen und Vollbort, außershalb*

g) GALL. Lib. 2. obf. 108.

h) CARPZOV Iurisprud. forens. 42. Conf. 20. d. 15.

i) Part. I. Tit. 9. art. 1.

k) BALEMANN l. c. p. 107 109.

halb Leinwand und Flachs, zu des Hauses nothdurft gehörig, nichts beständiglich contrahiren. Hätte sie aber ohne Consens ihres Vormundes etwas aufbeborget, oder gekauft, soll dem Gläubiger verstattet werden, ihr das oberste Kleid abzunehmen, bis dafs er bezahlt ist l) quem locum STRYKIVS m) eleganter illustravit. Porro testamentifac̃tio mulierum, siue coelibum, siue in matrimonio constitutarum, arc̃tis omnino limitibus circumscripta est, vt nec de minima bonorum parte, absque curatorum consensu valeat n). Singulare hoc illis videbatur, qui summam curam qua leges romanae vltimas hominum voluntates prosequuntur, ad animum vocauerint, sed pris̃cis germaniae moribus conforme, et aliis quoque in locis etiamnum simili modo seruatum o). Tamen fin haec et alia in vnum colligamus, statim apparebit, curam mulierum, qualis Hamburgi obtinet, duriozem omnino esse moribus saxoniae communis, qui omnia extraiudicialia negotia, grauissimi quoque momenti, solo feminae iudicio stare vel cadere iubent p). Vtrum autem nostra iura aut saxonum mores, prudentiae legislatoriae magis conueniant, non meum est iudicare.

## §. XI.

## DE CVRA MARITALI.

Vidimus, quae circa tutelam femineam in vniuersum consideratam, constituta sunt. Quod autem speciatim ad curam vxorum attinet, mores Hamburgenses cum pris̃cis saxoniae q), aliorum-

- l) Parte 2. Tit. 8. art. I.
- m) de iure sing. feminar. Hamburg. c. 2. n. 32.
- n) Parte 3. Tit. I. art. 13. BÖHMER de testam. mulier. c. 2. §. II. CHR. DORN de testam. femin. Hamburg.
- o) cf. SIXT. IAC. KAFF de consensu curatorum subinde ad vlt. voluntates necessario.
- p) REINHARTH de feminae saxonicae negotiis, absque curatore validis §. 27.
- q) MECKEBACHS Anmerk. über den Sachsenspiegel pag. 178 sqq.

rumque germanicae originis populorum r) amice conspirant, maritum nempe vnicum solumque vxoris suae curatorem designantes. Claris eam in rem verbis disponit statutum nostrum s): *der Frauen Vormund ist ihr Ehemann, so lange er lebt; et alibi t) der Mann ist allewege seiner Frauen rechter Vormund.* Et huius quidem curae maritalis, eximii in iure nostro statutorio effectus deprehenduntur. Primo enim omnes vxoris lites in iudicio persequi potest, *der sie denn im Recht als ihr Ehevoigt, und rechter Vormund zu vertreten schuldig.* Vtrum autem mandatum vxoris requiratur, vel certe maritus de rato cauere debeat? non ineleganter quaeritur. Iure saxonico quidem de rato cauet u); licet et illud marito personam legitimi curatoris imposuerit. Nostro autem iure secus videtur. Ipsa enim lex statutoria ipsi necessitatem adeo, vxorem suam defendi imponit, quod vox: *zu antworten schuldig* disertis verbis indicat. Deinde vero propinquis, absque mandato causas consanguineorum defendentibus, necessitatem cauendi de rato, et mandatum exhibendi, leges nostrae imponunt x), nulla mariti facta mentione, clarissimo argumento, eum, tamen mandato haud munitus sit, exceptione legitimatationis ad processum, repelli non oportere, sed ipso iure legitimatum censerit y). Quod autem ad negotia extrajudicialia attinet, in omni alienationis specie, nihil vxor, nisi sciente ac consentiente marito peragere potest z), sin autem ipsa partem bonorum in maritum transferre velit, alio curatore opus est, quod tamen, cum ex analogia iuris communis a) vnice profectum esse videatur,

r) G. HEINECCIUS de marito curatore vxoris legitimo §. II sqq.

s) Part. I. Tit. 9. art. 5.

t) Part. 3. Tit. 6. art. 9.

u) *Sachs. Processordn.* Tit. 8. §. 2. MENKEN tract. synopt. processus Tit. 8. §. 8.

x) Part. I. Tit. 10. §. I. p. 34.

y) IOH. SCHVLTE consul patriae amplissimus ad h.l. in NETTELBLATT II Thef. iur. stat. T. I. p. 350.

z) Part. 3. Tit. 8. art. 9.

a) §. 5. Inst. L. I. §. 7. ff. de auct. tutor.

tur, iam in medio relinquimus. Vtrum autem maritus curae vxoris legitimae renunciare possit? apud nos quaesitum memini. Equidem hoc affirmare nullatenus dubito, cum dubium non sit, esse eam in fauorem mariti introductam, iuri autem fauorabili renunciari posse, ex primis adeo iuris elementis notissimum sit *b*).

## §. XII.

## DE CVRA MVLIERVVM MERCATRICVM.

Quae hactenus de tutelae femineae effectibus exposuimus, ea quidem omnia circa feminas mercatrices exceptionem patiuntur; quo nomine apud nos plerumque viduae mercatorum designantur, quae mortuo marito eius negotiationem continuant. Statutum nostrum *c*) eam vocat *eine Frau, die Kaufmannschaft gebrauchet, offene Laden, und Fenster hält, mit Gewicht aus und einwiegt, und misst*. Cum eiusmodi feminae imaginem quasi ac personam mariti repraesentent, atque adeo in negotio ciuili exercendo versentur: mirum non est, eas etiam masculorum iure censerentur *d*). Hinc est, quod in causis mercaturam spectantibus, tutelae sexus perpetuae, haud obnoxiae esse censentur, sed potius libero iure, in rebus cum emendis, tum alienandis vtuntur; hisque cum quibus contraxit sine curatore, valide obligatur, quem in finem statutum nostrum ait; *sie soll pflichtig seyn, dasjenige, so sie kauft oder verkauft zu zahlen, und zu liefern*. Ratio in promptu est. Primo enim reipublicae interest, commercii publicam securitatem praestare, ac tutelam, quod sine libera alienandi et acquirendi potestate fieri non potest *e*). Deinde quoque feminae  
merca-

*b*) IOH. IOACH. MÜLLERI Annot. ad statut. Hamb. in NETTEBLATTI thes. iur. statutar. Tom. I. p. 540.

*c*) Parte 2. Tit. 8. art. I.

*d*) L. 177. pr. ff. de R. I.

*e*) Causam in vniuersum eleganter dixit CASP. VAN RHEDEN de statutis Bremensium ad mercaturam compositis.

mercaturam facientes, singularem omnino artis peritiam profiterentur, nec sine praeuio examine ad negotiationem exercendam admittuntur *f)*. Indubitati autem iuris est, minorem adeo in arte, quam profitetur, iure maioris cenferi, nec ad beneficia minorum admitti *g)*. His rationibus motus, Ampliffimus ordo decreto d. IV. Sept. MDCCXXVIII promulgato *h)* cambia adeo minorum, mercaturam facientium valida esse declarauit; qua de causa feminam quoque mercatricem, intuitu negotiationis, eodem iure cenfendam esse dubitari non potest. In aliis autem negotiis, quae cum negotiatione nihil commune habent, sine dubio curae sexus subest, cum in his negotiis ratio legis cessat, ex intima scilicet commerciorum indole petita *i)*.

## CAPVT II.

### DE IVRIBVS ET OBLIGATIONIBVS CIRCA TUTELAM.

#### §. XIII.

##### CONFICIENDI INVENTARII NECESSITAS.

**E**xpositis quae circa constituendam et adeundam tutelam monenda videbantur, restat vt singularia quaedam iuris patrii circa ipsam bonorum pupillarum administrationem in medium pro-

*f)* BALEMANN l. c. p. 248 sqq.

*g)* L. 30. C. de transact. L. 4. C. de reuoc. donat. L. 5. C. de condi& ob turpem causam.

*h)* apud HOFFMANNVM de maioris aetatis termino pag. 72 sqq.

*i)* MEVIUS ad Ius Lubac, Lib. I. art. 10. n. 59 sqq.

proferamus, qua in re merito de inuentarii confectioe primo loco differendum videtur. Si solennitates in eo describendo spectaueris statuto nostro cauetur a) illud confici oportere durch einen Secretarium, Gerichtschreiber oder qualificirten Notarium, in Beysein zweyer unpartheyischer redlicher Personen, quae tantum non omnia ex iuris ciuilibus norma profecta esse videntur b). Tamen cum hoc ipsum inuentarium fons quasi et caput omnis administrationis habeatur, omnes omnino tutores illud exhibere iubentur, eoque omisso eosdem pro suspectis haberi, et a muneris tutelaris exercitio remoueri, in vulgo adeo notum est. Soli certe patri, bona liberorum materna administranti remissa est subtilitas descriptionis, legibusque cautum, liberos priuata designatione, ne iuramento quidem confirmanda, contentos esse oportere c). Vtrum autem haec conficiendi inuentarii necessitas tutoribus remitti possit? anceps omnino est quaestio. Certe expedit interdum pupillo, patrimonii arcana non pandi, ne, vel detecta paupertate honesta, contemptus ei inde oriatur, vel opulentia manifestata, inuidiae obnoxius reddatur. His rationibus motus, Imperator Iustinianus d) testatori substantiam suam in pupillum transmittenti potestatem dedit, conscriptionem inuentarii prohibendi; ipsa tamen legis verba: "nisi testatores, qui substantiam transmittunt, specialiter inuentarium conscribi vetuerint," manifestum reddunt, simplicem remissionem inuentarii non sufficere, sed specialem eius conscribendi prohibitionem requiri e). Diuortium ab hac iuris communis dispositione fecerunt legislatores patriae, cum expressam prohibitionem, tum solam remissionem sufficere statuentes: *es wäre denn das der Vater in seinem Testa-*

a) Stat. Hamb. P. 3. Tit. 6. art. 14.

b) Nov. 94. STRUBENS *Rechtliche Bedenken* Tom. I. pag. 188 seqq.

c) L. 7. C. de curat. furios. CARPZOV *Iurispr. forens.* P. 2. C. 10. d. 9. BOEHMER *Conf. et Resp.* Tom. 2. P. I. resp. 593.

d) L. vlt. §. I. C. arbitr. tutel. VOETIVS in comment. ad Pand. Tit. de administr. et peric. tut. §. 4. p. m. 192.

e) SAM. STRYK de remissione inuentarii c. 3.



Testamente oder in wehrender Schwachheit, vor zweyen oder dreyen ehlichen Mannspersonen, welche solches bey ihren leiblichen Eyden erhartet werden, das Inventarium von den Vormündern zu verfertigen verbothen, oder ihnen solches erlassen hätte. Hac ipsa tamen siue prohibitione siue remissione id tantum efficitur, vt tutor ad subtilitates inuentarii describendi non teneatur. Priuatam tamen bonorum descriptionem eandemque admodum accuratam, requiri, dubio non caret *f*) et legibus nostris diserte cautum, ea- que omissa liberis omne damnum quod iure accidit, restituere iubentur: nichts desto weniger aber unter ihnen und in Gegenwart der Kinder, so ihre mündige Jahre erreicht, die Güter zu beschreiben verpflichtet sein sollen, und da die Vormünder, ausserhalb vorgewendeten Fall solches un verhindert rechter Ehehaft nicht thaten, dieselbe den Kindern den Schaden so daraus erfolget, ablegen und erstatten.

#### §. XIV.

##### DE ELOCATIONE PECVNIAE PUPILLARIS.

In elocanda pecunia pupillari, magna iuris ciuilis varietas deprehenditur. Vt antiquiora quidem taceamus, iure quidem Pandectarum *g*) et Codicis *h*) tutori incumbit pupillarem pecuniam, quae in necessarios pupilli vsus haud eroganda, in praediorum idoneorum emtionem impendere, aut si ea inuenire non potuerint, vsurarum quaerere accessiones, nummos foenerando. Certe si tutor intra sex *i*) vel duos menses *k*) hoc facere neglexisset, ipse quidem pupillo vsuras pendere tenebatur. Alieniores paullum sunt leges romanae antiquiores a pecunia pupillari foeneri

*f*) VOETIVS l. c.

*g*) L. 3. §. 2. L. 5. ff. de adm. et peric. tut.

*h*) L. 24. C. eod.

*i*) L. 7. §. 3. ff. eod.

*k*) L. 7. §. II. ff. eod.

neri collocanda. Nec immerito. Primum enim tutor mercatori adeo celeberrimo, ne constituta quidem hypotheca patrimonium credere poterat *l)*). Deinde cum tutores et curatores semel tantum rationes redderent, nec magistratus, nisi implorati, causis minoris se immiscerent, magnum omnino pupillis ac minoribus periculum ex patrimonio ipsorum foeneri collocato, imminebat. Secus in emtione praediorum, quae nec facile emitti, nec sine decreto magistratus alienari poterant. Mirum ergo non est, emtionem praediorum cautionibus vsurariis praeferrari. Tandem Iustinianus *m)*), melius esse ratus, pupillis in antiquis pecuniis tutamen manere, quam vsurarum appetitione etiam antiqua pecunia cadere, et vt tutorem pecuniae foenebris periculo eximeret, eius adeo arbitrio reliquit, vtrum minorum pecunias foenerare, aut caute reponere et reservare malit *n)*). Secus in Germania, et dulcissima patria, res habet. Nostros enim moribus magistratus non iudices tantum tutorum, sed principis adeo personam in exercenda tutela sublimi vicarium praesentant *o)*; ideoque personas ac bona minorum, nec implorati, ipsa officii necessitate cogente, tueri iubentur, quod, ni fecerint, actione tutelae aduersus ipsos experiri licet *p)*). Deinde cum tutores singulis annis rationes reddere debeant; facilius damna pupillis imminetia cum praevideri possunt, tum auerti. Tamen cum maius lucrum ex pecunia foeneri collocata, quam ex redditibus praediorum, sperare liceat: nostri quidem legislatores tutori necessitatem, sortem pupillarem collocandi, imposuerunt, hypotheca tamen rite constituta. Ita enim habet statutum nostrum *q)*): *Ebenmäßig sollen auch die Vormünder, mit allem möglichen Fleiß ihrer Pupillen Haabe und Güter treulich versorgen, bewahren und in keinen*  
Ab-

*l)* L. 50. ff. cod.

*m)* Nov. 72. c. 6.

*n)* IOH. GVDELINVS de iure nouiss. Lib. I. c. 17. p. 42.

*o)* IOH. GOTTL. HEINECCIUS de vicaria magistratum tutela.

*p)* GEORG CHR. GEBAYER de actione tutelae aduersus magistratus c. 3.

*q)* Stat. Hamb. P. 3. Tit. 6. art. 16.

Abgang kommen lassen; und was an Baarschaft vorhanden zum Bes-  
 sen an gewisse Zins anlegen, damit sie einen ziemlichen Genuss und  
 Abnutzung davon haben mögen. Und da etwa die Vormünder von  
 der Pupillen Gelde zu ihrer selbst Nutzen entleihen, oder andern auf  
 gebürliche Zins aushun werden, sollen sie deswegen genugsame Cau-  
 tion zu bestellen oder von andern zu nehmen schuldig sein r).

## §. XV.

## DE RATIONIBVS A TVTORE REDDENDIS.

In rationibus reddendis magna omnino inter placita iuris  
 romani ac germanici differentia intercedit. Notissimi enim iuris  
 est, tutores et curatores, non singulis annis, sed semel tantum,  
 finita demum siue tutela r) siue cura, eas magistratui exhibuif-  
 se. Iam quamquam Papa Clemens V. administratores t) tuto-  
 rum iure censerit, adeoque singulis annis rationes edere iubeat:  
 cum tamen de seria Papae voluntate, hanc ipsam rationum red-  
 dendarum necessitatem tutoribus et curatoribus etiam pupillorum  
 ac minorum imponendi non adpareat, haec ipsa sanctio vix vltra  
 administrationis bonorum ecclesiasticorum limites proferri posse  
 videtur u). Haec ipsa autem temporis taciturnitas cum tutore  
 magnam opportunitatem, bonis pupillaribus inhiandi, praebere  
 videretur: sapienti consilio, ordinatione politica x) cautum est,  
 tutores singulis annis rationes reddere oportere, quam legem  
 prouidi patriae legislatores imitati sunt y), et tutorem, cui bo-  
 norum pupillarium administratio commissa est, cum matri, tum  
 con-

r) cf. HEINECCI Elem. iur. germ. Lib. I. §. 385 sqq.

s) L. 4. L. 9. §. 4. ff. de tut. et rat. distr.

t) Clem. 2. §. 1. de religiof. domibus.

u) cf. BOEHMERI Ius paroch. S. 6. c. 3. §. 13.

x) R. P. O. 1577. Tit. 32. §. 3.

y) Stat. Hamb. P. 3. Tit. 6. art. 18.

contutoribus, rationes reddere oportere statuerunt: auch soll ein jeder Vormund, der das Jahr über der Unmündigen Rechnung verwaltet, der Kinder Mutter, wofern dieselbe im Leben, und den anderen Mitvormündern jedes Jahr gebührliche Rechnung zu thun schuldig sein. Vtrum autem haec iuris patrii sanctio ad eos etiam tutores pertineat, quos testator ab onere exhibendi inuentarii liberauit, dubium videri poterat. Merito tamen adurgo sententiae olim amplissimi patriae consulis Vinc. Milleri *z*) hos quoque ad conficiendum librum expensorum et acceptorum teneri, statuentis, praesertim cum tutori rationum redditionem non posse remitti, nec iuberi, vt aneclogistus sit, VLPPIANVS auctor sit locupletissimus *a*). Multum tamen hac in re prudenti magistratus arbitrio relinqui, eumque, ponderatis rerum circumstantiis, tempus redditionis rationum posse prorogare, nemo temere in inficias ibit *b*).

### §. XVI.

#### AN TUTOR AD VSURAS CENTESIMAS TENEATUR?

Tutorem, pecuniam pupilli clam in vsus suos conuertentem, ad vsuras centesimas pupillo teneri, ex iuris romani placitis notissimum est *c*). Vtrum autem secundum has sanctiones, in nostris foris, sententia ferri debeat? inter prudentes nostros valde disceptatur. Qui negantem amplectuntur sententiam, ad leges imperii prouocant, quae modum vsurarum legitimum ad quincunces restrixerunt *d*); vt taceam, iure statutorio Hamburgensi *e*) vsuras semisses probari. Enimuero cum hae leges imperii

*z*) in Comment. ad Stat. Hamb. apud Nettelbladt Tom. 2. pag. 315.

*a*) L. 5. §. 7. ff. de adm. tutor.

*b*) CRELLII Diss. de tutore aneclogisto.

*c*) L. 38. ff. de neg. gest. L. 54. ff. de adm. tut. L. 7. §. 8. ff. eod.

*d*) R. P. O. Tit. 17. Rec. deput. d. 1600. §. 139. R. I. N. 6. 174.

*e*) Part. 2. Tit. 1. art. 4. de SELCHOW Elem. iur. germ. §. 593.

perii sint constitutiones generales; notissimi autem iuris sit, legis generalis sanctione, iuribus particularibus haud derogari; neque etiam vniuersalia haec imperii placita praeter vsuras ex pacto, vel mora, debitas quidquam definiuerint, facile adfurgosententiae summi viri, IOH. BALTHAS. DE WERNHER *f*) qui hisce legibus non obstantibus, iura haec singularia, in fauorem pupillarum constituta, non sublata esse contendit, et sententia ordinis ICTorum Vitebergensium confirmauit. Ingenue tamen fateor, plerosque scriptores pragmaticos in contrariam sententiam *g*) discessisse; sed, si dicendum quod res est, legibus, non auctoritatibus, in foro pugnandum est. Quod autem ad praxin dulcissimae patriae attinet, amplissimus, quem modo, honoris causa, adlegauimus *h*) in negantium castra transiisse videtur, RANCHTORI *i*) auctoritate motus, qui ICTorum Vitebergensium praedictum attulit; qui tamen, vt ex allegati WERNHERI obseruatione adparet, nouiori aetate sententiam mutasse, et litem secundum iuris romani vsum dedisse videntur.

### §. XVII.

#### DE DOLO ET CVLPA A TVTORE PRAESTANDIS.

Quae ipsam bonorum pupillarum administrationem, et actionem tutelae, cum directam tum contrariam, imprimis praefactionem culpa et doli tutorum et curatorum, eorumque coercionem concernunt, de iis amplissime in codice iuris patrii differitur *h*); sed cum ex penitiorum horum articulorum inspectione primo

*f*) Parte 6. obs. 316. p. 27.

*g*) CARPZOV P. 2. IC. 36. d. 3. STRYK Vfus modern, Tit. de vsuris §. 13. LAUTERBACH Coll. th. pr. cod. tit. §. 22. MICH. GRAFF collat. iur. civil. cum recessus imperii pag. 251.

*h*) l. c. pag. 315.

*i*) Parte 2. qu. 26. n. 32.

*k*) Stat. Haub. Parte 3. Tit. 6. art. 19. et 22.

primo statim obtutu, adpareat, eos ex iuris peregrini placitis vnice permanasse, ea quidem omnia in medio relinquo. Vnum tantum, corollarii loco de poenis perfidi tutoris, addendum cenfeo. Scilicet multi magnae auctoritatis Icti, inter quos vnum IOH. VOETIVM <sup>l)</sup> nominasse sufficiat; tutorem ob culpam, etiam latam, cum infamiae nota, a tutela repellendum esse opinantur, cum notissimi iuris sit, culpam latam dolo saepenumero aequiparari. Verior tamen videtur contraria sententia, cum quia haec comparatio doli et culpae latae generatim tantum in causis ciuilibus, et circa restitutionem damni, quod segnitie alterius suprema perpeffi sumus, locum inueniat <sup>m)</sup>, tum quia infra sententia disertis legum verbis innititur. Ita enim VLPIANVS: “qui ob segnitiam, inquit, vel rusticitatem, inertiam, simplicitatem, vel ineptiam remotus sit; in hac causa est, vt integra existimatione, tutela vel cura abeat.” Certe etiam nostro statuto <sup>n)</sup> haec ipsa sententia omnino respondet, quippe quod, ob solam doli admissionem, infamiam tutori inuri iubet, his quidem verbis: *werde auch bey solcher Vernachtheiligung einiger Betrug, oder gefährlicher Vortheil verspüret: soll derselbe Vormund, neben Wiederkehrung des zugesügten Schadens, mit Schmäherung seiner Ehren, von der Vormundschaft abgesetzt werden.* De cetero vix monere attinet, raram, et apud nos esse infamiae mentionem, cum plerumque ponderatis circumstantiis, quae mitigationem sententiae suadere videntur, salua existimatione, et sub expressa honoris in sententia reservatione, tutores abire iubeantur <sup>o)</sup>.

## §. XVIII.

<sup>l)</sup> in Comment. ad Pandect. Tit. de his, qui not. infam. §. 2. et Tit. de success. tut. et cur. §. 7.

<sup>m)</sup> I. F. GRIMEISEN de tutore ob culpam latam remoto haud infami §. 11. p. 35 sqq.

<sup>n)</sup> Stat. Hamb. P. 3. Tit. 6. art. 19. in fin.

<sup>o)</sup> HUBERI Praelect. ad Pandect. Tit. de susp. tut. §. 1. STRYK Vñs modern. eod. tit. §. 5. F. C. HARPRECHT de expressa honoris in sententia reservatione Vol. I. diss. p. 416. sqq.

## §. XVIII.

## DE SALARIO TUTORVM.


Munus tutelae et curae secundum iuris communis placita, munus publicum, ideoque gratuitum habetur p), atque ideo, praeter facultatem repetendi, quae in rem pupilli de suo erogavit, nihil exigi potest, ut potius si tutor intuitu tutelae quid lucratus fuerit, conditione ob turpem causam reuocari queat q). Similem in modum ius patrum antiquum r) tutori tantum ius repetendi alimenta, quae pupillo tribuit, largitur, verba statuti sunt *deme schalme vor deme Slate unde Ende der Rekenſchup des vormunders Wyllen maken vor de Koſt na Mogenheit der Ghudere, unde Geſtaltuſſe der Perſonen, ſo dat he des blyue ane Schaden.* Sequiori tamen aeuo in dulcissima patria prisca iuris rigor aliquantum mitigatus est. Cum enim in vrbe opulentissima multi ciues, magno relicto patrimonio, decessissent, qui tutoribus salarium adsignarent, vnusque sensim alterius exemplo prouocatus alterum aequitatis, et ostentationis specie vincere studeret, paullatim eo res deuenit, ut multi adeo pudori sibi ducerent, curatorem liberorum siue salarium habere. Hinc tandem nata umbra quasi consuetudinis, hinc statuta antiquiora permanarunt, quae notiore statuto s) his verbis confirmantur: *Ob denn wohl das Pſieg- und Vormundſchafts-Amt: von gemeines Nutzens wegen, auch um der armen Wayſen und Minderjährigen Noth und Wohlſart willen, nach den gemeinen beſchriebenen Rechten keinen Gewinn oder beſtimmte Belohnung, ſondern vielmehr eine Bürde Mühe und Arbeit auf ſich hat; dennoch, weil diesfalls von unſern Vorſahren aus vernünftigen Verſaſſen,*

p) L. 38. ff. de negot. gest. L. 33. §. ult. L. 58. ff. de adm. et per. tutor.

q) L. 2. §. 1. ff. de condiſt. ob turp. cauſ.

r) *Hamburger Stadtbuch.* D. §. 2. in NETTELBLATTII theſauro Tom. I pag. 650.

s) Parte 3. Tit. 6. art. 20.



ehen, und damit ein jeglicher hiezu desto williger erfunden werden mögte, ein anders verordnet; so lassen wir es auch fortan bey solcher Verordnung bleiben, daß nemlich bey Anhörung der Schluß-Rechnung ihnen, den Vormündern, nach Gelegenheit der Arbeit und gehabter Mühe, auch Gestaltfame der Personen und der Kinder Vermögen, eine ziemliche Belohnung wiederfahre, und gefolgert werde. Ex ipsa autem accuratori huius statuti inspectione adparebit, omnem huius salarii constituendi rationem prudenti iudicis arbitrio relinqui, nec sine iusta causa illud tutori decerni oportere, de quibus LÜDERVS MENKEN *t*) eleganter exposuit.

## §. XIX.

## DIMISSIO TUTORIS TUTELA VEL CURATELA FINITA.

Tutela demum atque curatela finita tutor pupillo maiorenni, id est anno vicesimo secundo vel decimo octavo expleto *u*) ad ultimam rationum redditionem et reliqua soluenda tenetur. In hunc finem dies inter tutores et pupillos determinatur, quo rationibus curatius inspectis et definita summa pupillo restituenda tutores ab omni tutelae atque curae onere liberantur. Sed ad plenam dimissionem adhuc solennis actus requiritur, pupillus nempe determinato die in pleno senatu interroganti consuli stipulata manu expresse declarat: tutores rationes reddidisse, reliqua soluisse, et nihil amplius ab iis exigendum esse. Hac solenni dimissione finita, nomen tutoris in libro tutorio vulgo *Vormünderbuch* deletur, et nisi postea fraus atque error in rationibus iam excussis deprehendatur, numquam de eis amplius quaestio moueri potest *x*).

## §. XX.

*z*) de salario tutorum th. 9. 10. in Volum. select. Diff. pag. 382 sq.

*u*) *Saml. Hamb. Gesetze und Verfassungen* pag. 151.

*x*) *Stat. Hamb. Part 3. Tit. 6. art. 24.*




## §. XX.

QUANDO RATIONVM DISCVSSIO FINITA TVTELA VEL  
CVRA FIERI DEBEAT.

Vidimus, rationes tutorum in ipſo tutelae vel curae exitu reddi et examinari oportere. Si tamen poſtea adpareat, errorem calculi commiſſum eſſe, intra triginta annos adhuc retractari poſſunt y), cum vero alii errores, ſive iuris ſive facti, in eis deprehendantur, contra ipſum adminiſtratorem intra viginti annos, contra eius heredes autem intra decennium actio mouenda z), quae quidem omnia etiam iure noſtro ſtatutario ſeruari oportere, manifeſtum eſt. Nequitiae tamen minorum, qui ſaepe rationum diſpunctionem differunt, mortemque tutoris expectant, vt heredibus ipſius factorum non adeo curatam notitiam habentibus, negotium faceſſant, poſuerunt prudentiſſimi patriae legiſlatores, qui minorem praefentem intra biennium a finita tutela, rationum redditionem exigere iubent, eoque non facto abſque vltiore rationum exhibitione tutela abire iubent; his quidem rationibus additis: *und die weil ſich auch oftmahls zu trägt, daß die Pfleg-Kinder, wenn ſie aus der Vormundſchaft und Verſorgniß kommen ſein, ihnen Rechnung zu thun nicht begehren, ſondern damit bis dieſelben ihre Vormünder und Curatores abſterben, liſtiglich und gefährlich verziehen, dadurch die Erben der verſtorbenen Vormünder oder Verſorger ihrenthalben merklich verletzt und beſchweret werden: So ſollen demnach die Pfleg-Kinder, noch Endiguug der Vormundſchaft oder Verſorgniß, ſo fern ſie ſie zur Stette, von ihren gewieſenen Vormündern und Curator-Rechnung, und ihrer Güter Zuſtellung, ſorderlich begehren und erfordern; Würden ſie nach Endigung der Vormundſchaft oder Pflegniß, zwey Jahr wiſſentlich verſieſſen*

- y) L. 8. pr. ff. de adm. rer. ad ciuit. pert. SCHVBART de adminiſtr. rer. ad ciuit. pertin. §. 50.  
z) L. 3. §. 1. ff. de diuerſ. temp. praefcr. A. L. C. SCHMIDT de impugnan-  
dis adminiſtr. rationibus, poſtquam approbatae ſunt §. 8. p. 13 ſq.




fiessen lassen, und dazwischen keine Rechnung begehren, so sollen die Erben derjenigen, so ihre Vormünder oder Versorger gewesen, ihnen ferner Rechnung zu thun nicht schuldig sein; cuius tamen sanctionis rarissimum usum esse, prouidissima Patrum patriae cura in exigendis, ex officio, rationibus tutorum dubitare non licet.

---

T H E S E S.

---

- I. Actio finium regundorum quoad praestations personales oritur ex quasi contractu.
- II. Institor etiam directa actione conueniri potest.
- III. In contractu aestimatorio non transfertur dominium in accipientem.
- IV. Negotiorum gestor culpam leuissimam praestat.
- V. Bonae fidei possessor fructus perceptos non restituit, licet sit locupletior factus.
- VI. Quod ex errore iuris solutum, non condictione indebiti repeti potest.
- VII. Ex pactis in continenti contractibus stricti iuris adiectis actio non datur.
- VIII. Causa exheredationis non expressa, testamentum ipso iure nullum est.
- IX. Vsuræ nudo pacto promissae nulla actione peti possunt.
- X. Aedificans bona fide in alieno fundo non habet actionem utriusque negotiorum gestorum.



ULB Halle

3

004 588 452




*nur 1 Stück*

*f*







10

1778, 4

13

P-249

DISSERTATIO  
INAVGVRALIS IVRIDICA  
DE

SINGVLARIBVS IVRIS  
STATVTARII HAMBVRGENSIS  
CIRCA TVTELAM

OCCASIONE P. III. TIT. VI. STAT. HAMB.

QVAM  
AVSPICIIIS REGIIS  
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS AVCTORITATE

PRO  
LICENTIA  
SVMMOS IN VTROQVE IVRE CAPESSENDI HONORES

D. XVIII. SEPT. A. R. D. MDCCLXXVIII.

H. L. Q. C.

PVBLCO ERVDITORVM EXAMINI

SVBMITTIT

IOANNES EYBE

HAMBVRGENSIS.

GOTTINGAE

Litteris FRIEDERICI ANDREAE ROSENVSCH.

